



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 7. Vtrùm Regii Consilarii in imponendis tributis, teneantur eligere
probabiliorem opinionem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

aliter reclamant, nulla est, quæ dubitandi locum non relinquit, & cuiuslibet non subit suspicio de illicita quam probat: Ergo ut opinio ficta, non requirit ejusmodi conditiones. Ex quo etiam aperte convincitur falsitatis definitio opinionis tuta ab isto Neoterico conficta, tum ubi supra, tum *disp. 2. sect. 1. art. 3. §. 1. fol. 142.* Ubi ait: *opinionem tuta tam esse, quæ argumentis, quantum materia moralis patitur, valdis fulta, nulla aliunde ratione, aut opinione colliditur. *Hoc enim opinionibus D. Thomæ supra memoratis non competit; & tamen tutis esse, nec Baronius ipse inficiabitur. Contra denique; quia nulla opinio moraliter certa pro libertate talis est, ut ab illa, evidens sit lumine naturali, adesse omnem peccati dubitationem, quæ evidentissimum est carere opinionem pro lege; & tamen opinio illa pro libertate tuta est: non ergo abicienda, ut dubia, & periculosa, & altera necessario præferenda. Neque ad excusandum à peccato quidquam facit excessus ille evidentæ metaphisicæ ad moralem, nec quod opinio pro lege evidenti certitudine à peccati etiam materialis periculo mortissima sit; secus opinio pro libertate; quandoquidem utraque omne periculum peccati formalis excludit: ex quo capite quoad imputabilitatem æque tute dicuntur. Argumentum igitur Baronii, nec vim demonstrationis habet, nec validissimum est, sed imbelles prosus.

62. Et ut luculentius pateat, in ipsum retorquere, ex his, quæ tradit *disp. 2. sect. 1. art. 3. §. 2. fol. 153.* Ubi ait: *Improbabiles pro lege opiniones magis sunt certæ honestatis, & securæ, quam quæcumque à Caramuele, & à Diana probabilissimæ pro libertate inveniantur. *Atqui opiniones probabilissimæ pro libertate tute sunt, secundum communissimam Theologorum sententiam, & juxta ipsum Baronium, quando contrariæ pro lege sunt improbables: ergo in hoc saltem eventu æquæ certum est, non peccare, qui illas sequitur, ac qui improbables pro lege, licet tutiores: ergo cum periculo metaphisicæ inæquali vitandi malum phisicum, seu materiale peccati, recte coheret æqualis securitas non peccandi, seu opinionem esse æquæ tutas quoad imputabilitatem. Hanc ergo æqualem securitatem convenire asserimus cuiuscumque opinionis probabilis circa licitum, ratione ultimi judicii moraliter certi de ejus licito delectu & nunc. Neque aliud contendunt Doctores, dum omnes opiniones probabiles circa licitum æquæ tutas quoad imputabilitatem docent. Et miror Baronium aliter intellexisse ubi supra, dum recensitis quibusdam opinionibus pro lege, quas improbables esse dicit, concludit. *Audebit ne Caramuel suis pro libertate opinionibus eam securitatem asserere, quæ vindicamus validè opinionibus pro lege stantibus? *O Baronii! sed nec tu audes, & tamen contrarias pro libertate, quas ibi recenseres, æquæ tutas, quoad ad imputabilitatem habes. Quid ad hæc?

Q V Æ S T I O VII.

Utrum Regii Consilarii in imponendis tributis teneantur eligere probabiliorem opinionem?

1. Questionem hanc in terminis attigit Diana *1. part. tractat. 3. de Parlamento, resolut. 20. &*

partem negativam probabilem putavit, plures pro illa referens Moriam, Lorcum, Hurtado, Martinez, Alvarez, Delrium, & Hieronymum Garcia, quam etiam tenent Petrus de Navarra *de restitutione, lib. 3. cap. 1. num. 268. & 296.* & Mag. Barnabas Gallego *tract. de conf. probabili circa Regem, dub. 19.* ubi ait: *Si inquiras utrum Rex in imponendis tributis sequi possit opinionem probabilem? Respondeo affirmative: quia non debet esse peioris conditionis, quam reliqui, qui possunt juxta probabilem opinionem operari. *Et pro hac sententia, plures stare; fatetur Joannes Sanctius *in selectis, disput. 44. numer. 48. propè finem, quos reculisse, dicit disput. 33. numer. 35.* ubi Cordova, Malderus, Antoninus, Vega, Salon, Moure, & alii. Et in genere idem sentit Mag. Acatius de Velasco, *tom. 2. resol. moral. verb. Opinio, resolut. 3. 6. & 320. numer. 2.* Ubi sic: *En todas las materias, y en qualquier negocio, aunque sea de grande importancia, siguiendo opinion probable, aunque sea menos segura, se obra con toda seguridad de conciencia. *Et Pasqualigus *decis. 26. numer. 3.* *Censeo igitur universaliter, & semper licitum esse, sequi quancumque opinionem, etiam minus probabilem, in quacumque materia, absque limitatione, ita ut quando est illicitum aliquid fieri, ideo illicitum sit, quia non adest opinio probabilis, quod sit licitum: quod debet intelligi, quando opinio se habet, ut regula operandi, nec transit in objectum electionis. *Sicubi.

2. Hujus sententiæ fundamentum est, quia Regis Consilarii sunt iudices inter bonum commune, & vassallos Regis; atque iudex potest ferre sententiam, secundum opinionem probabilem relicta probabiliore circa jus partium: ergo in imponendis tributis non tenentur eligere probabiliorem opinionem. Hoc fundamento ductus Diana probabilem putavit hanc doctrinam, pro qua ultra supra citatos adducit omnes Doctores, qui asserunt, iudicem in ferenda sententia non teneri amplecti opinionem probabiliorem circa jus partium. Quam ipsemet Dianæ pluribus in locis amplectitur, *2. part. tract. 13. resolut. 3.* cum Lorca, Alvarez, Joanne Sanctio, Trivino, & Delrio, asserente, esse communem casuistarum, & *part. 9. tract. 8. resolut. 62.* cum Francisco de Lugo, Dicastillo, & aliis, & *part. 11. tract. 2. resolut. 60.* cum supra viginti aliis Doctoribus. Quibus adde Thomam Hurtado *tom. 1. tract. 3. capit. 6. resolut. 44. num. 314.* ubi ait: *Fere omnes convenire, & Verricelli *tom. 1. quæst. tract. 2. quæst. 15.* Ubi plures.

3. Eandem tuentur viri alii doctissimi Mag. Serrata *2. tom. quæst. 67. art. 3. dub. 2.* *Dicendum est septimo, posse iudicem sententiam ferre secundum opinionem probabilem, & non requiri, ut eam ferat secundum probabiliorem.*

4. Mag. Thomas Villar *in 1. 2. tract. poster. de conf. 4. part. 8. §. fol. 78.* *Judex in sententiis ferendis, sequi potest opinionem probabilem, probabiliore relicta, etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilitas sit circa jus, non verò circa factum.*

5. Mag. Franciscus Lopez de Texeda Salmanticensis Sacre Theologiæ Professor *tom. 1. controvers. Moral. Theolog. lib. 1. tract. 2. controver. 8. num. 7.* ibi: *Dico secundò, ex duabus opinionibus probabilibus ex parte juris, potest iudex ad ferendum sententiam, probabiliore dimissa uti probabiliore vera credat eam probabilem esse.

6. Mag.

6. Mag. Tapia Archiepiscopus. Hispalensis. in *Catena Moral. quest. 8. artic. 17. num. 7.* *Inter opiniones autem inaequales, probabile est, quod iudex potest eligere minus probabilem, &c. Quia si non posset sequi minus probabilem, non esset dicenda probabilis, atque adeo, nec minus probabilis, sed improbabilis.

7. Mag. Barthol. de Medina 1. 2. *quest. 19. artic. 6. dub. penult. ad ultim.* *Quando sunt duae opiniones in iure, altera probabilis, altera vero probabilior, licitum est iudici probabilem amplecti.

8. M. Gregor. Martinez Segovienensis tom. 1 in 1. 2. *part. 2. quest. 29. art. 6. dub. 6. conclus. 2. fol. mibi 1067.* *Etiam iudex in sententiis ferendis potest sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, etiam contra propriam opinionem, dummodo probabilitas sit circa ius, non vero circa factum, quia circa factum tenetur sequi, quod probabilius est.*

9. Mag. Petrus de Ledesma in *sum. tom. 2. tract. 8. de iust. commut. capit. 22. post 11. conclus. diff. 2. 2. ibi.* *La segunda dificultad es mayor, quando una de las opiniones de derecho es mas probable, si es licito en tal caso, que el juez siga la opinion probable, dexando la que es mas probable, &c. A esta dificultad se responde, ser mas probable, estando en derecho Divino, y natural, ser licito, que el juez siga la opinion probable, dexando la mas probable. Esta sententia tiene Medina, 2. Orellana, y otros muchos Autores, particularmente los discipulos de santo Thomas. *Hac Ledesma.

10. Ex quibus evidenter deducitur, Regios Consiliarios, secundum communem sententiam praefato principio innixam, in imponendis tributis, non teneri eligere probabiliorum opinionem, cum enim inter ius Regis, & vassallorum, iudices constituuntur quo ad iustitiam tributis, si opiniones circa ius diffideant, poterunt communi sententiae inherentes, quam maluerint, etiam minus probabilem amplecti. Quapropter ad aliud principium recurendum est, ut contrariam sententiam, ut probabiliorum tueri possimus.

11. Quidquid ergo sit de probabilitate praefatae sententiae, quando opiniones versantur circa ius, (cujus contrariam, scilicet, teneri iudicem in conscientia iudicare secundum probabiliorum tueretur Vazquez, Filiucius, Reginaldus, Valentia, Becanus, Torres, Layman, Azor, Tannerus, Thomas Sanchez, Sotus, Bannez, Sylvester, & alii apud Dianam 1. *part. tract. 3. resol. 20.* & apud Verricelli tom. 1. *quest. Moral. tract. 2. quest. 15.* Ascendendum nobis est, Ministros Regios in imponendis tributis teneri eligere opinionem probabiliorum circa iustitiam illorum. Ratio est, quia diversitas opinionum circa iustitiam tributis, non versatur circa ius, sed circa factum, an scilicet causa occurrens, quam Princeps representat ad impositionem tributis, sit sufficiens ad illud imponendum, attentis circumstantiis boni communis, & facultatum vassallorum. Ergo si omnibus pensatis Ministri Regis, qui iudices constituuntur inter bonum commune, cui Princeps consulit, & populum, probabilius iudicent causam non esse sufficientem, vel facultates non suppetere, & ideo tributum fore injustum; teneantur opinionem, quam probabiliorum iudicant, amplecti: sunt enim opiniones circa factum, in quibus iudices non habent delectum, sed ad probabiliorum eligendam adstringuntur, secundum communem Theologorum sententiam, cui Doctores supra citati subscribunt, constituentes, & merito discrimen, quando versantur

circa ius, & quando circa factum, ut bene advertit Verricelli tom. 1. *tract. 2. quest. 19. num. 11.* Ubi faciant, omnia probabiliorum opinionem iuris, probabiliorum secundum probabilem ferre sententiam, si secus est in opinione facti, nam debet secundum probationes probabiliores ferre sententiam in causa civili, etiam contra possessorem, &c. Ita Villabos Garcia, Joannes Sanchez, Sayrus, Salas: ratio discriminis est, quia Respublica obligat iudicem ad ferendam sententiam secundum allegata, & probata quoad factum. At quoad ius committitur iudicio, ac prudentiae iurum interpretationum.

*Quod esse manifestum, ait Joannes Sanchez in *selectis, diff. 44. numer. 51.* in secundo statu. Etiam hoc omnes convenire, dicit Machado tom. 1. *lib. 4. part. 2. tract. 1. docum. 6. fol. mibi 371. ibi.* *Todos los Doctores convienen, en que es la el juez obligado, sin duda, a sentenciar en las causas civiles, por la parte, que en materia del hecho, tuviere mas probable opinion en su favor, esto es, mas eñca banca, con que se probó el hecho. *Hoc praesens solidius aliis, hac sententia suaderi videtur: cum omnes Doctores Societatis tuerentur, licet ex his convicti, ut videre licet apud Bard. *tract. 1. de iust. diff. 4. cap. 25.* & apud P. Andream Mendon. *diff. 1. finis a opinio moralium, diff. 6. quest. 1. num. 1.* Apud quos Pat. Vazquez, Pat. Azor, Pat. Lymman, P. Busselbaum, Pat. Reginaldus, Pat. Valentia, Pat. Dicastillo, Pat. Castro Palao, Pat. Briellem, Cardin. de Lugo, & alii. Quibus adde omnes, qui asserunt, iudicem semper in causa civili teneri eligere opinionem probabiliorum circa ius, veliam circa factum. Quam pluribus citatis docet Henríquez de Pontificis Romani dave, *lib. 4. cap. 18. num. 4.*

*Alias (inquit in Gloss. litt. H.) ferre semper licet iudici sententiam ferre pro amico, & pretium ostendente. Quo nil esset pernicius in praxi. *Et solus probant Dicastillo *lib. 2. de iust. tract. 20. diff. 3. d. 1. num. 94.* Card. de Lugo tom. 2. *de iust. diff. 46. num. 92.* Pat. Bard. *ubi supra cap. 17. num. 10.* dicent contrariam sententiam (etiam si circa ius contrarias opiniones versentur) esse improbabilem. & falsam, & Thomas Sanchez, in *sum. tom. 1. lib. 1. cap. 10.* Nec hanc sententiam unquam retractavit, ut inquit M. Arauxo in *decis. Moral. de statu civil. diff. 1. d. 1. num. 2.* dicens: *Hac sententia sustinetur etiam Bannez, Maldero, Filiucio, Becano, Tanner, & Thoma Sanchez in *summa tom. 1. lib. 1. cap. 10.* postea (attendente in selectis, *diff. 44. num. 50.*) appropiata sententia recessit. *Sed minor virum doctum, & eruditum eo delapsum, ut Joannem Sand. com Thoma Sanchez confuderit. Selectas dispositiones Joanni restituit, & Thomam nullibi contrarium habebit.

S. UNICUS.

Corollarium

12. **E**X dictis inferes, omnino rejiciendam sententiam, quam probabilem putavit M. Sotus 2. 2. *quest. 67. artic. 3. dub. 2. §. dicendum est, ferre.* Quae sive opiniones versentur circa ius, sive circa factum, concedit iudici liberum delectum opinionis minus probabilis: Sic enim scribit: *Non est probabilis, tam in causis civilibus, quam in

minibus, posse iudicem sequi ex opinionibus probabilius ex parte juris, aut facti, quam maluerit; non solum, si æque probabilis sit, ut vult Bonacina tom. 2. disp. 2. quæst. 4. p. 9. num. 15. Sed etiam si sit minus probabilis: si tamen probabilis sit; quia quam maluerit opinionem sequendo prudenter agit, & opinio, quæ quibusdam videtur probabilior, aliis videtur minus probabilis, &c. Nec est verum, inquit, partem, pro qua stat opinio probabilior juris, aut facti, maiora merita causæ habere, nam hæc non pendet ex hominum opinione, sed ex ipsa re; & quamvis unus melius probet factum, si tamen alius bene, & sufficienter probet, non propterea illa maiora merita habet, cum possit factum solum bene, & sufficienter probatum maioris esse meriti ad causam, de qua agitur, quam factum illud probatum melius: * Sic M. Serra, cui obiter consentit Fr. Leander à Murcia in *disquisit. moral. in 1. 2. lib. 1. disp. unica. resol. 17. num. 8.* ubi sic: licet sit probabilis opinio, quæ docet, posse iudicem in iudicando in rebus civilibus sequi opinionem probabilem circa factum, relicta probabiliori; sine dubio est securius, si sequatur probabilior opinio, cum ex contraria imminet proximo grave damnum. * Quorum opinio communiter sentitur; nihil enim apud omnes magis sanctum, quam iudicem debere iudicare secundum allegata, & probata, merita causæ ponderando: ad hoc enim munus à Republica constituitur.

13. Adde, quod licet citati recentiores probabilitatem aliquam extrinsecam præfata contra communem opinionem conciliare possent (quod ego non admittam) non hominibus Ministris Regii illi adherere non possent, quia iudices contra communem sententiam iudicantes, et si opinionem unius, vel alterius patrocini non mutam sequantur, peccare mortaliter, & teneri parti restituere, tenent communiter Doctores, quos citatos sequitur Verri celli tom. 2. quæst. Moral. tract. 2. q. 16. Quod probat ex receptissima, & antiquissima omnium Tribunalium consuetudine, quam habere vim legis, ubi deficit lex, tradunt B. Id. in cap. ne innotat, & alii communiter. Ex quo principio docent, iudicem, contra communem sententiam ferentem puniendum in Syndicatu, & compellendum parti restituere, & præsumi per ignorantiam iudicasse. Pro qua opinione Joannes Maria Corasius in tract. de com. opin. lib. 3. tit. 8. n. 16. infinitos Auctores citat, dicens, hanc opinionem non habere contradicentem.

QVÆSTIO VIII.

An subditi habentes opinionem probabilem de injustitia tributi, à solutionis onere eximantur?

1. Quando certum est, tributum esse iustum & utile, et expendi communis sententia tenet, debet in conscientia solvi, etiam ante omnem iudicis sententiam; ut patet ex illo ad Rom. 13. Cui tributum, tributum. Quam adeo certam, ait Sanchez in consiliis, lib. 2. cap. 4. dub. 1. num. 8. & 9. * Ut Castro contrariam errorem appelleret. * Unde sit omnino reiciendos Angelum, Navar. Bejam, Duardum, & alios apud Dianam 1. part. tractat. 10. resol. 19. Item Sayrum; Fararonium, & Joannem Sanchez apud Bossum 1. part. §. 24. num. 290. & 296. Qui oppositam sententiam amplectuntur, existimantes tributa, & vectigalia esse leges pœ-

Pars II.

nales, quas in conscientia non obligare autumant, non advertentes Rempublicam ex contractu debere Principi congruum dignitatis subsidium.

2. Difficultas ergo solum est: An quando non est certum tributum esse iustum, teneantur subditi in conscientia solvere? Negant plures, quos citatos sequitur Verri celli tom. 1. quæst. tract. 2. q. 32. num. 5. Petrus de Navarra lib. 3. de restit. cap. 1. num. 267. Salom. tom. 1. quæst. 5. artic. 4. contror. 2. Malderus 2. 2. tract. 5. cap. 6. dubio 4. §. dico 6. Et alii, quos refert Joannes Sanchez in selectis, disp. 3. num. 35. * Inter quos (inquit) est Angelus, Sylvestre, Armilla, Cajetan. Aragon. Gabriel Rodriguez, id dicens de novis tributis, Villalobos, & alii. * Quibus adde Ludovicum Lopez, Vegam, D. Antonium, & alios, quos citatos sequitur ipse Sanchez, disput. citata, asserentes, subditos habentes opinionem probabilem, quod tributum sit iniustum, non peccare non solvendo, quos refert Joannes Martines de Prado tom. 1. quæst. cap. 1. q. 7. §. 10. Et sequitur Mag. Barnabas Gallego tractat. de conscient. probab. circa Regem, dub. 19. dicens: pro hac opinione stare D. Anton. & Ludovic. Lopez, & ei favere Cajetanum, Sylvestrum, & Armillam. & teste Lessio lib. 2. de iustit. cap. 33. num. 67. Est communis Doctorum, quibus plerumque nonnullis citatis consentit. Pius addunt alii, nempe, dubitantes de iustitia tributum non teneri solvere, ita cum Cajetano, & aliis Mag. Texeda tom. 1. contror. tract. 1. diffi. 26. num. 3. Et de novis tributis loquens tenet Molina tom. 3. de iustit. tract. 2. disp. 27. 4. & apud illum, Cajetanus, Sylvestre, Gabriel, & Medina, quos sequitur M. Joannes de la Cruz in direct. part. 1. quæst. 7. artic. 3. dub. 1. conclus. 2. Ubi ad argumentum, quod in dubio præsumendum est pro Rege; respondet, hoc debere intelligi, quando non agitur de interesse ipsius Regis.

3. Cæterum, si opinionibus his standum esset, vix occurreret casus, quo obligatio solvendi tributa subditos teneret; quia vix ullam Gbellam esse iustam, tradit Cajetanus, verb. Vectigal. cap. 3. Et omnes ferè dubias esse Mag. Fumus, verb. Gbellam, num. 16. Et omnia nova vectigalia, & veterum nova incrementa; nisi constet de eorum iustitia, præsumi iniusta, ac proinde in conscientia non deberi, tradunt Cajetan. Sylvestre, Fumus, Aragon, Gabriel, Driedo, & alii apud Lessium lib. 2. cap. 33. dub. 3. num. 63. & iniustum esse tributum, quod imponitur solvendum ex rebus, quæ communiter ad usum vitæ humanæ emuntur, ut ex pane, vino, oleo, & carne, tuerentur apud Lugo tom. 2. de iustit. disput. 36. sect. 2. num. 24. Cajetan. Tabiena, Sorus, Ledesma, Zannardus, & alii, quos refert etiam Diana part. 2. tract. 3. resol. 28. Unde, si probabilis opinio de iustitia tributum, vel dubium circa iustitiam, sufficeret ad eximendum ab onere solutionis; & sola certitudo iustitiæ ad solutionem constringeret, vix, quoad nova saltem tributa, casus occurreret, quo vasalli contractos se agnoscerent.

4. Dicendum ergo est, subditos teneri tributa solvere, nisi evidenter appareant iniusta. Ratio est, quia impositio tributum se habet veluti sententia iudicis pro bono communi contra vasallos; atque privatus re sua per sententiam, tenetur ei parere, etiam si probabile, imò & probabilis sibi oppositum appareat: ergo similiter in nostro casu. Sic cum Mag. Soto de iust. lib. 4. quæst. 6. artic. 4. sentit P. Vasquez opus. de restit. cap. 6. §. 3. dub. 5. num. 78. Dicens teneri parere, & standum iudicio superioris, nisi præferant vectigalia Tyrannidem. * Confirmatur ex doctrina communi Doctorum apud

R

Sanchez